



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

2. Novembris. 4. Nonas.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

rerum celestium. Si enim in Deo summam
clementiam serio perpendam, fieri non po-
test, quin amem infinitum illud Bonum:
Si justitiam strictissimam, orietur in me
sanctus ille timor Domini, qui est initium
sapientie.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Quam dives es in misericordia, quam
magnificus in justitia, in gratia quam
munificus, Domine Deus noster! Non
est, qui similis sit tibi, munerator co-
piofissime, remunerator equissime, pi-
issime liberator. Gratis respicis hu-
miles, justè judicas innocentes, mise-
ricorditer etiam salvas peccatores.

Mirabi-
lis boni-
tas DEI
in ge-
nus hu-
manū.



2. Novembris. 4. Nonas.

B. BERNARDE Cathalane, sacre Floruit
militie de Calatrava genere & pi- anno
etate Eques insignis: qui negotiis ter- 1606.
renis tibi ex officio incumbentibus non
aliter invigilabas, quam ut sine inter-
missione in celo mens defixa hæretet.
Quo affectu Augustissimam cœli Im-
peratricem colueris, etiam posteros ig-
norare noluisti, dum publico Instru-
mento te perpetuo ejus obsequio man-
cipasti. Ejusdem amore summam ad-
hibuisti

Maria
se man-
cipat.

358 ANNI CISTERCIENS.

SS. Be-
nedicti
& Ber-
nardus
moriē-
ti assis-
tunt.

habuisti diligentiam ne vel levi cogitatione puritatem animi aut corporis offenderes. Post multa tandem charitatis opera ad extrema deveniens, Divos Benedictum & BERNARDUM in illo certamine consolatores habuisti, in iō ad astra duces, uno dextram altero sinistram manum tuam apprehendente. Tuis ego verbis mea

Ex libe-
ris mā-
cipatiū
ad B.V.

nunc obsequia Regina Virginum offeram: tu da, ut ea devotione depromam, quā tu olim ore & calamo illa expressisti. [In primis diligam ex toto corde Divinam majestatem, ut omnia, quae cogitavero, locutus vel operatus fuero, ad supremum honoris & gloriae sanctissimae Trinitatis dirigantur. Et ut omnes inferni ministri in me nullam partem se habituros intelligant, sciant me non esse meum, sedque solum facere, cogitare & loqui posse, quod gratum sit Angelorum Reginae Dominae meae.]

Floruit
anno
1149.

B. CHRISTIANE, Dunensis in Anglia Episcopo. In eam Insulam à BERNARDO missus es, ut Monasterio Mellifontis praees: inde alteri ejusdem nominis Praesuli successisti. In qua dignitate verum animarum pastorem agens, in id unum summo studio intendebas, ac à toto clero exigebas districtè, ut omnes curas animarum cura praecederet. Utinam & ego hic

go his monitis tuis diligentius obtempera-
rem, mihi que sapius occinerem illam Chri-
sti Servatoris sententiam: Quid prodest ho-
mini, si totum mundum lucretur, anima
verò suæ detrimentum patiatur?

S. BERNARDUS, s. 2. de Nat.

Agnosce ô homo dignitatem tuam, Magna
agnosce gloriam dignitatis humane. digni-
Est enim tibi cum mundo corpus: sic tas a-
enim decet eum, qui constitutus est su- nimz
per universam hujus creatura corpo- huma-
rea molem, aliqua ei similari ex par- nz.
te. Sed est tibi etiam sublimius ali-
quid, nec omnino comparandus es ca-
teris creaturis: compacta & confœ-
derata sunt in te caro & anima, illa
plasmata, hæc inspirata.



3. Novembris. 3. Nonas.

S. MALACHIA, Archiepiscopo Obijt
S. Hyberniæ: qui naturæ & gratiæ anno
præclarissimis donis jam in matris piæ 1148.
gremio plenus, studiorum palæstrâ
feliciter superatâ, florens juvenis con-
sortium amavisti Anachoretæ cujus-
dam, cujus rigidissimam vitam nemo
erat, qui non horreret. Sed animi ro-
bore se